

Voce mea ad Do-
minum clamavi ; *
voce mea ad Domi-
num deprecatus
sum.

Effundo in cons-
pectu ejus oratio-
nem meam : * et tri-
bulationem meam
ante ipsum pronun-
tio.

In deficiendo ex
me spiritum meum :
* et tu cognovisti
semitas meas.

In via hac qua
ambulabam : * abs-
conderunt laqueum
mihi.

Considerabam ad
dexteram et vide-
bam : * et non erat
qui cognosceret me.

Periit fuga a me :
* et non est qui
requirat animam
meam.

Clamavi ad te,
Domine ; * portio
mea in terra viven-
tium.

Intende ad depre-
cationem meam : *
quia humiliatus
sum nimis.

Libera me a per-
sequentibus me : *
quia confortati sunt
super me.

Educ de custodia
animam meam ad
confitendum nomi-
ni tuo : * me expec-
tant justi donec
retribuas mihi.

Gloria Patri.

*Après le psaume, on se met à genoux, et
l'on récite cinq Pater, cinq Ave, et cinq*